



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Evsebivs || De Euangelica pr[a]eparatione

Eusebius <Caesariensis>

[Augsburg], 1522

VD16 E 4299

Ab Hebræis didicit Plato contrarias esse uirtutes Cap. xij

urn:nbn:de:hbz:466:1-34477

274 DE PRAEPARATIONE EVANGELICA

deus cælum & terram, & terra erat inuisibilis. Et subiungit. Et dixit deus: Fiat lux, & facta est lux. In sensibilis autem mundi creatiōe, solidum creauit cælum. quod uero solidum est, sensibile etiam est, terram inuisibilem & lucē, quae cernitur. Hæc latius diximus, ut ostendamus idæas animalium in intelligibili mundo positas, a quibus sensibilia ista secundum Platonem creantur, ab Hebraorum scriptura esse deriuata. Vnde etiam didicit Plato, incorporeas uirtutes & bonas, & contrarias esse.

Ab Hebræis didicit Plato contrarias esse uirtutes.

CAPVT XIII.

Scribit enim in Decimo de legib[us]. Si omnia, quæ quo uolunt mouentur anima gubernat, quare cælum etiam ab anima gubernari non dicimus. Certe inquam dicendum est. Vnumne sicutur, aut plures? pauciores inquam duabus, benefactrice scilicet atq[ue] contraria ponendæ nō sunt. Et post pauca. Cœcessum iam nobis est multarum bonarum uirtutum cælum esse repletum, contrarijs etiam nō uacare. Vnde nobis bellum absq[ue] sine iudicium est, in quo agendo patrocinio nobis opus est. Auxiliatores autē nobis dij & dæmones sunt, nos uero possessio quadam sumus deorum ac dæmonum. Vnde ista Plato adiuuenistis: ego quidem nescio aliud præterq[ue], quod mille annis ante tuam ætatem uulgo apud Hebreos hoc dogma ferebatur. Scribitur enim. Et uenerunt angelii dei, ut coram deo assisterent, & diabolus uenit in medio ipsorum. Diabolum quidē contrariam uirtutem, angelos autem bonos appellauit, quas & uirtutes bonas, & spiritus diuinos, & ministros dei scriptura nominat. Qui facit dicens angelos suos spiritus, & ministros eius ignis flammā. Bellum etiā a contrarijs nobis inferri scriptura significat dicens. Nō esse nobis hanc luctationē aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principatus, potestates, & principes huius mundi, aduersus spiritualia negotiæ in cœlestibus. Cum autē possessionē nos deo & dæmonum censeat, illud mosaicum traduxisse uidetur, quo dicitur. Quando altissimus gentes partiebat, disseminauit filios Adam, & constituit terminos gentium secundū numerum angelorum dei.

Quod animi quoq[ue] immortalitatem ab Hebræis Plato didicerit.

CAPVT XIII.

At de

